Quelle:
Copyright:

(a) Est is Theodoricus de Saxonia praesens in Concil. Constant. qui libro scripsit: Talmut, seu objectiones contra judaos.

dus Subprior ordinis predicatorum (a) Opus ipsum inchoatur: " Acuite sagittas implete pharetras." Res agitur ecclesiam inter et Synagogam. Folio adhuc primo illa ad hanc dicit: " Primo igitur tibi tuos errores de thalamuth declarabo et eorum " fallacias testimoniis veritatis exterminabo – Secundo tibi testimonia legum et prophetarum aperiam " vere fidei documenta, deinde tibi ad objectiones " tuas per singula respondebo ". Haec apprime con, veniunt cum opusculo cujus meminit Schelhorn, nius in amoenit. litter. T. III. p. 147. ex Biblioth. Krafftiana, nempe: Errores Judaeorum extracti e Talmud: Probationes Novi Test. ex V. T. per quas doctrina Talmud improbatur et dicitur liber contra errores Judaeorum &c: Id autem a me obtinere non possum, ut cum Fabricio (Bibl. med. & inf. lat. T. III. p. 246.) credam, Schelhorn, nium l. c. indicare voluisse Hieronymi à Fide libros duos contra Judaos, qui habentur in Bibl. max. PP. Lugdun. Tom. XXVI. et a Ms. nostro toto coelo diversunt. Monuisse quoque juve, nit, praeterea tractatum inter opera Anselmi, et Petri Damiani frustra requiri. De eodem agit Nic. Anton. in Bibl. vet. Hispan. T. II. p. 267. Et Quetif Script. Ord. Praed. T. I. p. 738. qui autho, rem Saeculo XV floruisse, Gallumque ex Ordine Praedicatorum fuisse suspicatur.

Vide Inoun, K. III. 8.

3.

Aristotelis liber de Secretis Secretorum.

193a – 226a

Aristotelis liber de de Secretis Secretorum ad Alexandrum M. per Joannem quemdam Si, lium Patricii a graeca lingua in chaldaam trans, latus, ex chaldaea in arabicam, postea per Phi, lippum quemdam clericum ex arabica in latinam. His verbis libri nostri meminit Michael Nean.